

Anthonijs rosellus iuris doctor



**A**nthonius rosellus natione ethruscus vir vtiq; bonus & multa prudentia existimatus iurium civilium & pontificum ac aliarum bonarum artium peritissimus postquam multis annis patavii ius cum magna gloria docuisset sublatus fuit. sepultus ad sanctum anthonium padue cum hoc epigramate. Anthonius rosellus de roziellis iuris monarcha. Qui cum egregie doctus esset de monarchia & de potestate pape libros eruditos composuit & alia.

**M**arsilius ficinus florentinus. ingenij excellentissimi vir. viriusq; lingue eruditissimus & multarum scientiarum locupletissimus. atq; inter platonicos doctores facile princeps. hac nostra tempestate septem & triginta platonis philosophiae libros qui antea neq; apud grecos facile inveniabantur maxima cum diligentia Latinos fecit & in lucem omnibus protulit. neq; eo quidem labore ut aiunt contentus fuit. & ipsius platonis mentem partim argumentis. partimq; breuibus promeris explicare temptavit. De valitudine q; scriptorum prescripsit & plerumq; utilia.

Mahumeth magnus turchorum imperator octavius ex clarissima othomannorum familia natus Amurati imperator

principis filius. Anno. 1481. quinto nonas maij. Postea q; in asia & grecia. 32. annis regnasset dum in orientis expeditione contra hungaros proficisceret anno etatis sue octavo & quinquagesimo in castris non sine suspitione veneni moris & constantinopolim delatus sepelitur. Is cum patri in regnum asie successisset quatuor & viginti annos habebat etatis. Qui imperio suscepto patrem in omnibus superare anixus est. Hic illico ob eius animi magnitudinem cunctis paterni regni viribus ingentes copias ex asia in europam per bellespontum classe traiecit. ubi multas grecorum urbes occupavit. Castello q; baud longe a bosphori litore ad eurinum tendente perdidit. Ex in deficiente ob grecorum auariciam presidio constantinopolim urbes cepit. expoliavit ac de ea triumphavit. & in ea imperator declaratus. Confestim peloponesum omnem armis cepit christianum populum in servitutem abduxit. Indeque in achaiam moyses ipsas et achaiam & epirotum & maiorem macedonie partem atq; bulgariam cum rascia & serua. & quicquid ab andrinopoli. sauuq; annem & danubium fluvium interiacet inuasit. valachia etiam eas ob res timore perterrita. bosniam postmodum ingressus cuncta vastavit. mithilenem insulam genuensium insulam cepit. Dehinc sinopem urbem vetustissimam & trapezundam dirripuit. earumq; incolas una cum eorum imperatore captivos abduxit. Suboiam insulam venetorum insulam inuasit. quam una cum calcide eiusdem insule urbe expugnavit. In asia itaq; minore duodecim regna obtinuit. videlicet pontum. bithuniam. capadociam. paphlagoniam. ciliciam. pamphiliam. liciam. cariam. lidiā. phrygiā & omnem ferme bellespontum seu moream. et multa alia occupavit. hic cum innumerabiles filios genuisset basietum & zaliabum legitimos post se dereliquit pro quibus eo mortuo tumultus urbem constantinopolitanam inuasit. basietum tamen imperatorem constituerunt.



**B**asietus primogenitus mahumeti Anno. 1481. sexto kal. iunij imperator constituit & usq; in presens imperavit. Hinc zaliabus frater q; magnos motus in asia pro regno concitavit. bursum cepit & se ibi regem constituit quem basietus bello superavit ac asie paternum regnum obtinuit & in libidine ac ebrietate totum se immergit. Cum autem anno. 1492. pannoniā ferro ac populationibus devastare cepisset multa damna cedensq; protulit. Zaliabus autem frater eius natus minor. qui postea in regno francie sub priore hospitalis sancti iohannis iherosolimitani custodiebatur. in summi pontificis innocentij octavi potestatem traditus usq; in presens rome sub custodia ad recuperandum residuum europe de crudelissima nunc barbarorum servitute.

Estis maxima in tota ferme italia & germania Anno. 1483. & 84. fuit ubi ad plurimum defecit. ut multa milia hominum absumpsit. Ea q; lues nurnberge a solsticio estivali usq; ad solsticiū hiemale quatuor milia hominum deleuit. Venetijs vero senatores & iohannem nocenicum ducem exinxit.

**F**ridericus imperator anno. 1487. conventum magnum nurnberge pro auxilio ferendo contra hostes suorum & pro fide christiana habuit. & in eo principes germanie congregavit. communitates quoq; civitatum imperialis convocavit. ubi de unione ac pace principum varie conventiones habite. utq; omnia bella indutias haberent concluderunt. Interea gloriosus imperator fridericus inter cetera gesta laudabilia Conradum celtis germanum virum eruditissimum in arce nurnbergensi appollinari laurea decoravit. Bellaq; ea tempestate inter sigismundum archiducem austrie & venetos sedata sunt. Nec minorem dietam principum rex Maximilianus nurnberge anno salutis. 1491. peregit.

**M**eles rex maurus genere & religione mahumetenus hac nostra tempestate in bethica provincia vltioris hispanie plaga que granata nuncupatur usq; ad hanc tempora regnavit. cuius provincie ager excellentissimus pro bibet. eo q; quaecumq; ad humanum victum sunt necessaria affluentissime gignat. Cuius montes & flumina aurum et argentum producere dicuntur. Armenta & pecudes sine numero nutrit. Hunc quidem regem Ferdinandus lusitanie & citerioris hispanie & tarraconie rex una cum habsabeta uxore superioribus annis omnino eijcere sarracenos decreverunt. Bellum igitur malacem. primo pergit anno. 87. ubi expugnata malaca urbe. Tandem post longam obsidionem civitatis granate que incepit a mense maio anni nonagesimi primi sarraceni mauri deducti ad magnam rerum inopiam desperantes de auxilio post infinitos conflictus bellicos. 25. novembris pacta redditionis conclusa fuerunt. Postremo septimo die ianuarij anno salutis. 1492. rex & regina ac proceres et potentatus cum exercitu decem milium equitum & 1. milia peditum electorum civitatem intrarunt & eius possessionem libere acceptarunt. ac mesquitam maiorem in ecclesiam dedicari mandaverunt.